

DIE XVIII. NOVEMBRIS.

IN DEDICATIONE BASILICARUM SS. APOST.
PETRI ET PAULI.

DUPLEX.

Omnia ut in Dedicatione Basilicæ Ss. Salvatoris, die xij. Novembris, pag. 768.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

S. ELISABETH VIDUÆ.

DUPLEX.

Oratio.

TUORUM corda fidélium Deus miserátor illústra : et
beátæ Elísabeth précibus gloriósis fac nos próspera
mundi despícere & et cælesti semper consolatióne gaudé-
re : Per.

DIE XX. NOVEMBRIS.

S. FELICIS DE VALOIS CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Felícem, Confessórem tuum, ex eré-
mo ad munus rediméndi captívos cælitus vocáre
dignátus es : præsta, quæsumus, ut per grátiam tuam ex
peccatórum nostrórum captivitáte ejus intercessióne libe-
ráti & ad cælestem pátriam perducámur : Per.

DIE XXI. NOVEMBRIS.

IN PRÆSENTATIONE B. MARIÆ VIRG.

TOTUM DUPLEX.

Omnia, præter Orationem, ut in Nativitate beatæ Mariæ
Virginis, die viij. Septembris, mutato nomine Nativitatis.
in nomen Præsentationis.

Oratio.

DEUS, qui beátam Mariam semper Vírginem, Spíritus
sancti habitáculum, hodiéra die in templo præsen-
tári voluísti & præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne in
templo gloriæ tuæ præsentári mereámur : Per.... in unitáte
ejúsdem.